

und opuscula Bernhardi in unser kirchen notturft zu gebrauchenn gegen ein geburlichen
 revers alhir blieben, vorpflichten unns hirmit craft diß briefs uf begern hochgedachts
 unnsers gnedigenn herren solche bucher wider einzustellenn, das auch dieselbtenn in
 kain privatbrauch gewant werden sollen ane geferde. Zu urkund mit unserm zu end
 5 angedrucktem stadtsecret besigelt. Gescheen zu Pegaw sonnabents noch Andree apostoli
 anno 2c. drey und virtzigk.

435.

*Die Artistenfakultät ersucht den in Italien weilenden Wolfgang Meurer nach Leipzig zu kommen,
 um an der Universität Aristotelische Philosophie zu lehren.* 1543 Dec. 13.

10 *Hdschr.: Registrum facultatis artium fol. 37—38.*

S. d. Cognovimus te singulari studio et omni cura in philosophia versari neque
 tam ad quandam artem sapientie factitandam te preparare, quam scientie atque cognitioni
 operam dare. Non defuerunt autem qui suspicarentur te in Italiam quasi communem
 patriam doctrine profectum, ut inde instructus copia quadam artis medicine et auctus
 15 honoribus apud nos statim rem dignitatemque adipisci maiorem possis. Nobis itaque non
 parvam attulit voluptatem fama consilii tui, quod iudicemus esse non solum atque
 laudabile, sed etiam ad conservanda studia philosophie in aliquibus saltem necessarium.
 Quam enim celeres vel potius festinatos fiant accessiones ad reipublicam, quamquam
 pauci preceptis sapientie instructi et eruditione litterarum perculsi ad exercendas artes
 20 doctrine progrediantur, videmus et sepe querimus. Fatendum autem sane est iniquitatem
 seculi magna ex parte in causa esse huius perversitatis atque te eo maiore et amore
 complectimur et admiratione prosequimur, quod in hac vite corruptione quasi castitatem
 iudicii et propositum rectum custodias atque tuearis, et a te magnopere petimus ut hunc
 cursum studiorum tuorum et virtutis iter ad nos dirigere (quibus si rogare volueris te
 25 maximam partem debere reperies) et inducere animum velis, ut apud nos aliquando quasi
 merces opt: litterarum atque artium et philosophie explices atque proponas. Quamquam
 autem te dignam conditionem hoc tempore ferre tibi non possemus, arbitrabamur tamen
 tuam operam nobis petentibus paratam fore, non tam precio impetratam quam bene-
 volentia adductam. Quapropter te oramus, ut post hiemis huius sevitiam, cum primum
 30 iter fieri commode poterit, Lipsiam ad nos venias professurus in hac academia Aristote-
 licam philosophiam secundum veritatem scriptorum illius, que (ut omnibus iam manifestum
 est) hic autor greco sermone composuit. Huic labori merces definita est ab illustrissimo
 principe annua flor. CL, quam petimus ut boni consulas et quod requiras id compensare
 patiaris priora academie huius merita et vero patrie ipsius beneficia cui scis nos debere
 35 omnia. A nobis autem eam tibi et propensionem animorum quam cum doctrina et virtus
 tua, tum vetus nostra necessitudo, tum vero fraterna coniunctio studiorum meretur et
 benignitatem quam prestare poterimus pollicemur, tuque si omnia tibi summa de nostra
 erga te voluntate promiseris, neutiquam erraveris neque nos expectationem tuam frustraturi